



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 19. Responsum Erasmi ad Lutherum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæc XVI.
A.C. 1519.

epist. 4. l. 6.

Melanchtonem induxit, ut ipsum datis ad
Erasmum literis commendaret; quod i-
psum etiam præstitit Melanchton Mense
Januario Anni supra millesimum quingen-
tesimi decimi noni: cum autem hæc e-
pistola successu careret, ipse Lutherus se-
quentem ad Erasmum epistolam dedit.
*Salutem tibi, toties ego tecum fabulor, & tu
mecum Erasme decus nostrum, & spes nostra,
necdum mutuo nos cognoscimus, si tamen ita
tibi visum fuerit, agnosce & hunc fratercu-
lum in Christo tui certe & studiosissimum &
amantissimum, qui de cetero pro inscitia sua
nihil meretur, quam ut in angulo sepultus,
communi & cælo & soli ignotus esset.*

§. XIX.

Responsum Erasmi ad Lutherum.

l. 6. ep. 4.

Huic epistolæ Erasmus humanis admo-
dum verbis respondit, atque huic Hæ-
resiarchæ saluberrima juxta ac prudentis-
sima dedit consilia, dummodo ea sequi vo-
lisset; inter alia eundem hisce verbis
admonuit: *Mihi videtur plus profici civili
modestia, quam impetu. Sic Christus Orbem
in suam ditionem perduxit, magis expedit
clamare in eos, qui Pontificum auctoritate
abutuntur, quam in ipsos Pontifices. Idem
de Regibus faciendum censeo, ubique caven-
dum, ne quid arroganter, aut factiose loqua-
mur, faciamusque. Interea servandus ani-
mus, ne vel ira, vel odio vel gloria corrup-
patur;*

patur; nam hæc in medio pietatis studio so-
 let insidiari, denique Lutherum hortatur, Sæcul. XVI.
A.C. 1519.
 ut Christum prædicet, atque ejusdem
 cognitionem populo ingerat, cultumque
 atque adorationem ipsi debitam cunctis
 inculcet, non autem illis ævi sui Prædi-
 catoribus se conformet, qui aut ex igno-
 rantia, aut ex præconceptis opinionibus
 (*), vel hominum fabulas vel suum quæ-
 stum prædicant.

§. XX.

(*) Hæc Continuator ex suo supplevit, cum
 tamen Erasmus hæc tantum dixerit: *Degustavi
 commentarios tuos in Psalmos; vehementer ar-
 rident & spero magnam utilitatem allaturos.
 Est Antwerpia vir pure Christianus, qui te uni-
 ce adamat tuus olim discipulus. Is omnium pene
 solus Christum prædicat, ceteri fere aut homi-
 num fabulas, aut suum quæstum prædicant.
 Quid de fidei integritate in ejusmodi viro cen-
 sendum, qui publici cujusdam damnati hæreti-
 ci libros & doctrinam deprædicat, atque ad
 ulterius spargendum virus incitat? quid de eo,
 qui ejusmodi actionem ac epistolam velut *sum-
 me Christianam* venditat? Immodica, qua Con-
 tinuator hallucinantem etiam Erasmum commen-
 dat, encomia eum jam dudum viris prudentibus
 valde suspectum reddiderunt.*

Hist. Eccles. Tom. XXXIII.

F f